



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 17. Lautreci copiæ relictæ Romandiola Neapolis Regno admotæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæc. XVI.** ditorum commercio cum Flandris pro-  
 A.C. 15<sup>28</sup>. venirent, hanc vero negotiandi facilita-  
 tem sibimetipsi præcidere haud posset,  
 quin se se civilis belli periculo expone-  
 ret, hinc quadraginta dierum inducias  
 postulabat, ut hujus moræ beneficio  
 Mercatoribus commodum bona, quæ in  
 Belgio habebant, extrahendi spaciū  
 concederet; postea vero proposuit, quod  
 Gallos inter & Belgas per octo Men-  
 ses armorum quies esset, nec his con-  
 tentus, cum probe nosset, quod Galliarum  
 Rex præter aurum nullo alio ma-  
 gis efficaci medio ad acceptandas hasce  
 inducias permoveri posset, hinc eidem  
 spopondit, quod interea ad ferendas Itali-  
 ci belli expensas triginta aureorum mil-  
 lia numeraturus foret, quam quoque  
 summam Rex quantocius acceptabat.

## §. XVII.

*Lautreci copiæ relicta Romandiola  
 Neapolis Regno admotæ.*

*Mem. du  
 Bellay lib. 3*

Jamjam Lautrecus potissimam Medio-  
 lanensis Ducatus partem suis armis  
 subjecerat, nulloque ferme negotio i-  
 psam Metropolim imperio ditionique  
 Regis sui subjecere potuisset, nisi cun-  
 ctas has urbes Francisco Sfortiæ red-  
 dere, atque ad liberandum Pontificem  
 Romam contendere jussus fuisset, quam-  
 vis

vis vix Romandiolum intrasset, cum Sæcul. XVI.  
jamjam nuncium acciperet, quod ipse- A.C.1528.  
met summus Pontifex libertatem suam  
fuga redemerit, & Cæsarei comperto  
Gallici exercitus adventu Roma exces-  
serint, ut Neapolis Regnum tuerentur.  
Attamen fæva lues Cæsaris exercitum  
tam ingenti strage absumperat, ut vix  
una ex tribus partibus supereffret, anno-  
que evoluto nequidem inter milites  
ducenti reperirentur, qui a divinæ vin-  
dictæ suppicio exempti fuissent. Qua-  
propter Cæsarei Belliduces omni ope &  
confilio destituebantur, quo se se Fœde-  
ratorum conatibus opponerent. Præ-  
terea summus Pontifex, cum nondum  
fœderi adscriptus esset, cui parti sua  
studia addiceret, suspensus hærebat, mi-  
nus tamen paëta cum Ferrariensi Du-  
ce inita firmare, consultum censebat.  
Evidem Venetis suggerebat, ut a Ra-  
vennatensi districtu copias suas avoca-  
rent; verum illi, cum in hanc ipsam di-  
tionem haud infirmum jus sibi com-  
petere contenderent, Papæ votis satis-  
facere tergiversabantur; unde factum,  
ut Lautrecus ad expeditionem, quam  
suscepserat, feliciter exequendam nul-  
lam sibi repositam spem habere posset,  
nisi in exercitu suo, cui ipius impera-  
bat. Nihilominus tamen Ecclesiæ di-  
tiones pertransibat cum octo millibus

Ger-

Sæcul. XVI. Germanorum peditum, quibus Valde-  
 A.C. 1528. montius Comes præerat; ducebat e-  
 tiam Tendæ Comes tria millia Helve-  
 torum, quos ductore Burjeo tria Gal-  
 lorum peditum, necnon quatuor Vasco-  
 num millia sub Petri Navarri imperio  
 præter decem millia Italorum seque-  
 bantur, ex quibus omnibus plusquam  
 viginti octo bellatorum millium exerci-  
 tus conflabatur.

## §. XVIII.

*Apulia a Lautreco ferme subacta, &  
 Melphia urbs capta.*

*Bellay l.c.* Exeunte mense Februario Aprutium invasit Lautrecus, quem Asculum, Aquilæ, ceteræque omnes urbes portis ultro apertis velut patriæ liberatorem exceperunt. Cum vero Cæfarei, eoquod tormentorum apparatu destituti essent, jam antea auffugissent, Galici exercitus Dux copias suas ad oram maritimam ducebat, unde sibi magis expeditum reddebat accessum ad Apuliam Dauniam, ubi octoginta aureorum milia accepit, quæ portorii nomine pro mercibus evehendis Mense Martio in hac Provincia solvebantur. Hanc pecuniarum summam Lautrecus in rem suam vertebat, cum Apuliam intraret; quippe Sulmonensis civitas nequidem

ex-